

non autem divinitus ut hoc omnia, sicut oportet, agere valeamus per infusionem & inspirationem sancti Spiritus in nobis fieri confitetur, & humilitati aut obedientie humanae subiungit gratia adiutorium, nec ut obedientes & humiles sumus, ipsius gratia donum esse consentit, resigit Apostolo dicenti: Quid enim habes quod non acceperisti? Et, gratia Dei sum id quod sum. Idem can. 7. Si quis per naturae virogram bonum aliquid ad salutem vitiata pertinet cogitare, ut expedire, aut eligere, sive salvare, id est evangelica predicatione consentire posse confirmat absque illuminatione & inspiratione Spiritus sancti, heretico fallitur spiritu, non intelligens vocem Dei in Evangelio dicentis: Sime mihi potestis facere. Et illud Apostoli: Non quod idonei sumus cogitare aliquid boni ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Can. 9. Divini est munera cum bene cogitamus. Can. 23. Nemo habet de suo nisi mendacium & peccatum. Si quis autem habet homo veritatem atque justitiam, ab illo fons est, quem debemus stire in hac eterno, ut ex eo quasi quibusdam guttis irrora non deficiamus in via. Can. ult. Nullus credere in Deum potest, nisi gratia eum & divina misericordia prævenerit. Et mox: Ipse nobis nullis precedentibus bonis meritis & fidem & amorem sui prius inspirat, ut & baptismi sacramenta fideliter requiramus, & post baptismum cum ipsius adiutorio ea, que sibi sunt placita, implere possimus. Unde manifestissime credendum est, quod & illius latronis, quem Dominus ad paradise patrem revocavit, & Cornelii Centurionis, ad quem Angelus Domini missus est, & Zachei, qui ipsum Dominum suscipere meruit, illa tam admirabilis fides non fuit de natura, sed divina largitatis donum.

Hoc vero adversus Pelagianos & Semipelagianos communiter decernunt. Sed Arausicanus can. 8. Massilienses singulariter premit his verbis: Si quis alios per misericordiam, alias vero per liberum arbitrium (quod in cunctis Adam post eis certum est fuisse infirmatum) ad gratiam baptismi posse venire contendit, a recta fide probatur alienus; is enim non omnium hominam liberum arbitrium per peccatum primi hominis afferit infirmatum; aut certe ita laetum putat: ut tamen quidam valeant sine revelatione DEI mysterium salutis eorum per semelios posse conquirere. Quod quamvis est contrarium, ipse Dominus probat, qui non aliquos, sed neminem ad se posse venire testatur, nisi quem Pater attraxerit. Sicut & Petro dixit: Beatus es Simon Barjona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in celis est. Et Apostoli: Nemo dicere potest Dominum JESUM nisi in Spiritu sancto. Idem Concilium Massiliense propriè attingi can. 6. Si quis sine gratia Dei credentibus, volentibus, desiderantibus, pulsantibus nobis misericordiam dicit conferri divinitus, non autem ut velimus, credamus, pulsamus, queramus, petamus, certeque sicut oportet valeamus per inspirationem & infusionem sancti Spiritus in nobis fieri confitetur, & aut humilitati, aut obedientie humanae subiungit gratia adiutorium, nec ut obedientes aut humiles sumus, ipsius gratia donum esse consentit, resigit Apostolo dicenti: Quid habes quod non acceperisti? Et Gratia Dei id, quod sum.

Pelagianorum erat ambitiosus error, (quibus pro Deo erat liberum arbitrium) sufficere homini naturalem libertatem, ut perficeret & perseveret in bono. Massilienses prater libertatem subsidiū gratiae ad perseverandum in bono post initia fidei & conatus bona voluntatis, accessionem novorum gratie auxiliiorum necessariam judicabant ad hoc, ut homo semel justificatus in bono proposito constanter perseveraret, neque per supervenientes tentationes a recto itinere defleceret. Humanam & naturalem libertatem, quæ sola gratiam prævenisset, id promeritam esse autem habebant, ut novo gratiae accessu roboretur; ac ita inchoatum ab humana libertate opus nova supervenientis gratia novo subsidiū bene inchoatum hominis propositum robore ad optatum finem perduceret. Ita fentius Celsianus haec ait colla. 7. cap. 14. Fidelis autem Deus, qui non permettit vos tentari supra id quod potestis; non utique id optat Apostoli Christi, ne eos Dominus tentari permetteret; sed ne supra id, quod poterant, tentarentur. Illud enim indicat humani arbitrii facultatem; hoc vero Domini gratiam tentationum luctuosa moderantis ostendit. Ut quasi bigis simul concursantibus libertas hominis & gratia Dei victoriam de temptationibus in humana vita studio frequenter occursanibus reportent, & ita felici decursu ad vita metam & felicitatem adducant.

Haud plane liquet, utrum Massilienses initia fidei gratiae ipsi, an viribus arbitrii ascriperint, quandoquidem falso sibi persuadebant, libertatem huic initio acquiescentem commeritam fuisse augmentum fidei ad perseverandum in bono proposito. Ipse namque Augustinus

se aliquando in hoc luto hæc fatetur contra Apostoli Pauli & S. Doctoris Cypriani iudicium. Ait enim lib. de praedest. Sanct. cap. 3. Non sic pius arque humilis Doctor (de Cypriano loquitur) qui dixit in nullo gloriam, quando nostrum nihil sit. Quod ut offendret, adhibuit Apostolum testem, dicentem: Quid autem habes, quod non acceperisti? Si autem acceperisti, quid gloriaris, quasi non acceperisti? Quo precipuo testimonio etiam convitus sum, cum similiter errarem, putans, fidem, qua in Deum credimus, non esse donum Dei, sed a nobis esse in nobis, & per illam nos impetrare Dei dona, quibus temperante, & juste, & pie vivamus in hoc saeculo. Neque enim fidem putabam Dei gratia præveniri, ut per eam nobis daretur, quod posceremus utilissimi quia credere non possemus, si non præcederet præcolum veritas. Hoc Augustinus. Et fieri potuit, ut error iste, quo se aliquando ipse detentum fatetur, fuerit Semipelagianis communis, aut certe inter ipsos indifferens, quibusdam exilimantibus, prima initia fidei proficiens ab humana libertate, aliis vero divini Spiritus monitione ascriberibus. Concilium vero Arausicanum secundum longe oppositum docet, etiam si supponeret quis, Adam peccato non fuisse vitiatum humanum genus, sic definendo can. 19. Naturam humanae, etiam in illa integrata, in qua condita est, permanente, nullo modo separata, Creatore suo non adiuvante, servare. Unde cum sine Dei gratia salutem non possit custodiare, quam accepit, quomodo sine Dei gratia paterit reparare, quod perdidit? Sic vero prosequitur can. 20. Multa Deus in homine bona facit, que non facit homo: nulla vero facit homo bona, que non paterit Deus, ut faciat homo.

M U L T I P L I C E S G R A T I A E

distinctiones, & primum quid sit gratia præveniens & subsequens.

1. Quandoquidem de hæresi Pelagiana & Semipelagiana permulta ambiguitates discuti minime possunt, nisi teneatur multiplex divine gratie distinctio; ideo necessaria est ista multiformalis gratia disquisitio. Observanda est ista gratia appellatio, quam tradit Apostolus Petrus 1. epist. 4. num. 10. dum nos hortatur, ut simus boni dispensatores multiformalis gratiae Dei, & xaroi εἰρηνικοὶ πειρίους χάριτος. Omitto hic illam gratia distinctionem in naturam, que donum Dei gratuitum est naturale, tametsi Deus illud frequenter dirigit ad supernaturale finem, cui respondet ac parallela est, de qua sola hic agimus, gratia supernaturalis per se ordinata ad vitam consequendam eternam. Hæc vero gratia distinguuntur in gratum facientem, que conductus ad sanctificationem ejus, cui datur, & in gratis datum, ut sunt gratia sanitatis, miraculorum, prophetie, linguarum, scientia infusa, que possunt etiam reprobus conferri, de quibus Matth. 7. nonnulli in iudicio dicti sunt, Domine, nonne in nomine tuo propebeatum, & in nomine tuo demonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Quibus Judex dicturus est: Non novi vos, discede a me, qui operamini iniuriam.

Gratia ipsa supernaturalis vel est habitualis, vel actualis. Habitualis porro confertur per modum inherentis habitus & permanentis. Actualis vero datur ad modum actus transeuntis, & vocatur auxilium seu adiutorium. De hac loquitur Auctor lib. 2. de vocat. gent. Gratia Dei omnibus iustificationibus principaliter eminet, suadendo exhortationibus, movendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inspirando confitum, corque ipsum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo. Gratia actualis dividitur in operantem & cooperantem, quæ aliter dicitur præveniens & subsequens, de quibus frequens sumitur a Patribus occasione disputandi contra Pelagianos & Semipelagianos. Per operantem seu prævenientem Deus ut velimus, ut loquitur Augustinus de liber. arbitr. cap. 17. operatur incipiens: per cooperantem seu subsequentem Deus volentibus cooperatur perficiens. Ut ergo velimus, Deus sine nobis operatur, (inquit) cum autem volumus, & sic volumus ut faciamus, nobiscum cooperatur. Ita ut sine illo vel operante ut velimus, vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valeamus. De priori dicitur Philip. 2. Deus est, qui operatur in nobis velles & perficiere. De posteriori dicitur, 1. Cor. 15. Non ego sed gratia DEI mecum. Nolentem prævenire Deus, ut velit, & volentem subsequitur ne frustra velit, prævenire, inspirando bonam voluntatem, subsequitur, operando no-biscum boni operis facultatem.

Gratia

Gratia Christi, quæ medicinalis quoque dicitur, vel est efficax, vel sufficiens, de hac divisione exinde loquitur Cyprianus Alexandrinus libr. de adoratione, dicens: Tantam benignitatem nobis exhibet universorum Salvator DEUS, ut efficaci subsidio adjuvet, secundum quod scriptum est: Apprehendisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me. Nam quoniam hominis natura non valde generalis est, neque satis idonea; ut malum effugere queat, simul nobiscum quodammodo certat Deus, & duplex concedere beneficium videtur, persuadens admonitionibus, ut subsidium inveniamus, & fortius illud prestans, quam ut malum presens & violentum prævalere possit. Anima, que peccavit, mortua prorsus est, seque refuscitare ad vitam supernaturalem nullatenus potest. Quia sicut forme naturales non inducuntur in materiam, nisi per præcedentem operationem agentis causæ naturalis: sic forma supernaturalis, quæ gratia est, non inducitur in animam hominis sine supernaturali agente supernaturaliter ipsam animam movente & refuscitante. Gratiam sufficiensem ab efficacie distinguit pariter sanctus Thomas 1. 2. quest. 112. artic. 2. ad 2. Contingit quandoque, quod Deus moveat hominem ad aliquid bonum, non tamen perfectum: & talis preparatio præcedit gratiam; sed quandoque statim perfecte moveat ipsum ad bonum, & subito gratiam homo suscipit. Per gratiam efficacem seu viæ voluntatem nostram applicat operi. Sanctus Augustinus lib. de gratia Christi, & lib. de corrept. & grat. Gratiam istam efficacem vocat auxilium actionis & auxilium quo, nimur quo actu ipso agimus, & perfecte operamur, de quo sic enunciatur: Gratia Dei a nullo duro corde repulitur; ad hoc enim datur, ut durioriam asferat cordis. Alterum auxilium idem vocat auxilium possibilis, & auxilium sine quo non, dat quippe homini posse agere, & denominat adiutorium sine quo non, quia dat possibiliter agendi, sine quo homo prorsus est invalidus ad bonum. In omni vero natura, præfertim intellectuali, distinguuntur hæc tria: esse, posse, & operari: qua proportione convenienter distinguuntur hæc tria in esse supernaturali: in quo gratiam sanctificantem admittunt Theologi, qua confortio divina natura dignatur, nosque, ut sanctus Petrus loquitur, divina consorts naturæ efficit: aliam pariter gratiam, quæ dat posse, eaque sufficiens denominatur: & aliam, quæ causat & dat operari, seu perfectum opus & auxilium quo. Itaque per gratiam sufficiemt homo expeditam habet facultatem, ut possit bonum exequi, nec aliud ei deest præterquam velle. Neque dicendo sufficiens auxilium, quod nonnulli insufficiens potius vocari vellent, pervulgatas omnium hominum notiones revellimus. Vox enim sufficiens in omnibus adhibetur eventibus, in quibus nihil præter solum velle desideratur; cibis enim sufficiens dicitur, præter quem alius non existit, sed sola expectatio hominis, qui comedetur sit, voluntas. Illa pariter pecunia censetur sufficiens, quia homo are alieno gravatus debita solvere potest, si velit, solumque id requiritur, ut creditoribus numeret. Angelicus Doctor utrumque auxilium agnoscit, tum sufficiens seu possibilis, quale vocatur ab Augustino auxilium sine quo non, tum efficax, quo voluntas operi applicatur, ita ut ab imperfecta gratia nonnunquam inchoet, sequenti vero conatu ad perfectum adducat. Ait quippe S. Thom. 1. 2. q. 112. art. 2. ad 2. Contingit quandoque, quod Deus moveat hominem ad aliquid bonum, non tamen perfectum, & talis preparatio præcedit gratiam; (nimur sanctificantem) sed quandoque statim perfecte moveat hominem ad bonum, & subito gratiam homo suscipit. Deus enim operatur in vobis & vobis & perficeris pro bona voluntate, Philip. 2. 13. Cyrus loco cit. vocat ἐργὸν ἐπισπαῖα, id est, efficax auxilium.

Antiqui Patres temeritatem Pelagi oppugnantes sentientes sufficiere ad salutem liberum hominum in omni actu arbitrium, divina gratia adiutorium necessarium esse ad singulos actus contendebant. Ita Hieronymus epist. ad Ctesiphontem: Velle & currere meum sine Dei semper auxilio non erit meum. Dicit enim Apostolus: Deus enim est qui operatur in nobis velle & perficere. Et Salvator in Evangelio: Pater meus usquemodo operatur & ego operor: semper largitor, semper donator. Non mibi sufficit quod semel donaverit. Petru ut accipiam, & cum accepto, rufus peto. Avarus sum ad accipienda beneficia Dei: nec ille deficit in dando, neque ego satius in accipiendo. Idem tom. 3. epist. ad Cyprianum: Homo a principio conditionis sua DEO uitetur adiutorie; & cum illius sit gratia quod creatus est, illiusque misericordia quod subsistit & vivit, nihil boni operis agere potest absque eo, qui ita concessit liberum arbitrium, ut suam per singula opera gratiam non negaret; & lib. 1. Dial. Non sic donata est liberi arbitrii gratia, ut DEI per singula tollatur adminiculum.

Cabassuti, Notitia Ecclesiastica.

Augustinus pariter lib. de gratia Christi cap. 26. Confitatur, qui vult veritatem confiteri, NIHIL BONI SINE GRATIA FIERI POSSE. Idem lib. de gratia & libero arbitrio. cap. 27. Sim illo operante cum volumus AD BONA PIETATIS OPERA NIHIL VALEMUS. Et epitol. 106. ad Paulinum: Gratia DEI nisi adjuvet, NIHIL pietatis atque iustitiae sive in opere, sive etiam in ipsa voluntate habere possumus. Deus quippe operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate. Testatur Augustinus epist. 106. & de gestis Palæst. cap. 14. Concilium Palæstinum assentiente Pelagio, sed facta simulatione Patres circumvenientes, ne ab iis damnaretur, Gratiam AD SINGULOS ACTUS DARI. Concilium etiam plenarium Carthaginense 214. Sacerdotum, cuius meminit Prospere adversus Collat. cap. 10. & respons. ad capit. 8. Gallorum, statuit in epist. Synodica ad Zosimum, Gratiam Dei per JESUM Christum Dominum, nostrum non solum ad cognoscendam, verum etiam ad faciendam iustitiam, nos PER ACTUS SINGULOS adjuvare, ita ut NIHIL sine gratia vera sancte pietatis habere, cogitare, dñe, agere valeamus. Cetera his similia loca qui colligere vellet, rem aggredetur immensam. Quidquid vero exitit sanctitatis in iis Patribus, qui sub veteri lege floruerunt, id omne aliquotus probat sanctus Apostolus Paulus multis locis, præfertim in Epistolis ad Romanos & ad Galatas, non ipsius legis beneficio, sed novo Testamento per Christum omnis gratia meriti que Autorem. Et præclare testatur Augustinus lib. 1. de pecc. mer. & remiss. cap. 11. Regnum mortis sola in qualibet homine gratia destruit Salvatoris, que operata est etiam IN ANTIQUIS SANCTIS. Quicunque fuerint, antequam in carne Christus veniret, ad legis litteram, que jubere tantum, non adjuvare poterat, pertinebant. Hoc namque occultabatur in veteri lege pro temporum dispensatione iustissima, quod nunc in novo Testamento revelatur.

Supradictum ut breviter discutiamus questiones principias ad peccatum originale pertinentes, quæ sane gravibus & fere inextricabilibus difficultibus implicantur: idcirco id peccatum a Pelagianis prorsus rejiciebatur, quod tamen Massilienses gravibus & frequentibus utriusque foderis convicti assertationibus inficiari non audebant. Queritur in primis, sitne voluntarium istud propagationis peccatum? Ex parte quidem priorum parentum plane voluntarium fuit; Deus enim constituerat illos, ut essent caput totius generis humani, quantum attinet sive ad propagationem, sive ad amissionem gratiae seu iustitiae originalis Ideoque illud DEI placitum vocatur pactum, Osee 7. Ipsi sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi pravaricati sunt omnes. Quæ verba de præterito pacto quod in terrestri Paradiso transgressi sunt primi conjuges exponunt S. Hieronymus, Cyprianus, Propter & plerique alii. Unde sic ait S. Thomas in 2. dist. 30. quest. 1. art. 2. ad 1. Peccatum originale cum non sit vitium persona ut persona est, sed quasi per accidens, in quantum persona talis habet naturam, ideo non oportet quod sit in potestate huiusmodi personæ hunc defectum habere vel non habere: sed sufficit, quod sit in potestate alius, qui est caput in illa natura. Patres Sancti comparationibus ad id explicandum utuntur: Augustinus quidem grani tritici, quod quamvis fuerit seminatum absque culmo, paleis & aristis, germinat tamen nova grana cum paleis & aristis. Sanctus item Thomas utitur similitudine feminis prolifici defecti a parentibus ortis ex progenie obnoxia lepra, quorum aliquis est secundum propriam, & individuum personam non contrarerit lepram, illam tamen conferre potest filio a eprogenito. Sic in causa peccati originalis, femen quo istud propagatur peccatum, est instrumentum, quo Adam peccatum in ejus prole derivatur, etiam intermedius genitor eo tempore, quo genuit, fuerit pridem ab ito originis peccato mundatus per susceptum baptismum. Hominis itaque femen non aliam habet rationem quam instrumentalis causa hunc defectum non realiter ac politivem continentis, sed virtualiter duxit; ipse vero Adams rationem habet causæ principalis, quia in ejus actuali peccato omnes ejus posteri comprehendebantur, qui in illo tamquam in capite communi comprehensi peccaverunt.

Sciendum vero, nullam ex predicto Dei pacto futuram fuisse peccati propagationem, nisi solius primi peccati mortalium in persona Adam ab ipso actu commissi, ita ut accidens contingat, quod id fuerit inobedientia, per peccatum gulæ. Id perspicue docet S. Th. in 2. dist. 33. in fine expositionis litteræ ad 2. difficultatem, & in eadem diffinit. quest. 1. artic. 1. dist. 21. quest. 2. art. 2. ad 1. Idemque ad Annibaldum artic. 4. ad 2. Et ad Romanos 5. lect. 3. Et de malo quest. 4. artic. 8. & 2. 2. q. 163. artic. 3. ad 2. Justitiam enim

M 4 origi-